Quelle:
Copyright:



Cod: CXIX.

Chartac: Fol: Soec: 15. A 6.1.

Missale Monasticum. Schmer band

Missale monasticum ab ao 1493. Praecedit Calendarium, in quo festum Benedicti rubro colore, ejusqs octava notatur. Die 11 May refertur Anniversarius Udiscalci Fundatoris nostri. Fol: 46. legitur: "Explicit de tempore 1493. In festo Philippi et Jacobi." Finito Proprio Sanctorum idem occurrit annus; in calce autem Scriptor, qui fuit professus nostri Monasterii 1479. seipsum nominat his verbis: "Finit feliciter per manus Fris Johanis Tierpolzberger de Patavia. am dreibl. gebr. Vaso

Cod: CXX.

Chartac: Fol: Soec: 15. A 6.2.

Antiphonarium nostri monaster.

Antiphonarium nostri monasterii. Incipit: "Sabbatho in prima dominica adventus. Proprium Sanctorum hanc praefert inscriptionem:" Incipit proprium Sanctorum Secundum consuetudinem Monasterii Leyttnstetn." Manus videtur ejusdem Joannis Tierpolzberger, qui praecedentem exaravit codicem; notae autem musicae maximam habent cum iis similitudinem, quas cernere licet Tab: XXI Tom: II Operis de Cantu, & Musica Sacra Auth: Martino Gerberto, a quo Soeculo decimo quinto consuetae dicuntur.